f.35a <u>Mai 12</u> : F. IIII idus (maii). Pancracii et sociorum eius : Walterus scolaris obiit, pro quo VI denarii collati sunt ecclesie annuatim.

f.35a' Wiederoldus rector ecclesie in Walh(stad) minori obiit, pro quo Hartmannus de Selgenstad, vicarius Aschaffenburgensis, contulit presentibus redditus infrascriptos, primo videlicet filius dicti Houeman[d] in Dammis et eius legittima IX denarios de agro suo in der Varpach infra vineam Rossebecher, qui extendit se ad II iugera. Item idem dat III solidos Hallensium census principalis de agro predicto comparatos apud Alheidim et Selindim sorores dictas Bersechin. Item Hermannus Phifer dat solidum Hallensium de orto suo sito extra vicum Werrenbach an dem Damme; modo filius eius Iohannes.[e]

----------

a) Irmingardis bis ecclesie und XXX denarios durch Rasur getilgt; eine rechte Randklammer sah wohl den ganzen Eintrag von Irmingardis bis compensaverit als zu tilgen vor    b) vor XX zwei weitere XX durch Rasur getilgt    c) de bis Gerlibin von anderer Hand und Tinte hinzugefügt    d) Tintenwechsel

e) unter der Zeile am rechten Rand hinzugefügt

Pro istis IIII[or] solidis Hallensium [a] I [b] denarium dabit duplius [c] V solidos Hallensium et I denarium [c] Huͤrte de vinea predicta.

Iohannes Winemari, in cuius anniversario dantur V solidi Hallensium de [d] domo [d] dicti Birbrůweter in vico Herstali; modo [e] Hermannus Liephart [e].

f.35b' Mai 13 : G. III idus (maii). Gingulfi martyris : Irmingardis uxor Cunradi de Loufa obiit, pro qua XX [f] denarios [f] presentibus contulit, qui dantur in nativitate beate virginis de vinea inferiore sita in Ramsbach. Ludewicus Salcho de Walestad obiit, qui domum suam iuxta cappellam sancti Martini ecclesie contulit, de qua dantur III solidi denariorum presentibus; post [g] mortem vero Heil(manni) nostri decani solvit IIII[or] solidos denariorum, de quibus cedet [h] s(olidus) [i] de heredibus quondam Friderici de Rannenberg [g]; modo [k] dominus Iohannes de Eymbecke canonicus [k].

Anno domini M̊ CCC XCI̊. [l] Obiit [m] Nicolaus Czentgreue presbyter,

-----------

a) übergeschrieben b) davor Buchstabe gestrichen

c) nach *V* eine *I* durch Rasur getilgt, danach Verweiszeichen für übergeschriebenes *et I denarium*, worauf erst *s(olidos) H(allensium)* folgt d) von anderer Hand mit hellerer Tinte am Zeilenrand hinzugefügt e) *modo* bis *Liephart* von anderer Hand und Tinte hinzugefügt f) von anderer Hand mit dunklerer Tinte auf breiter Rasur; nach *den(arios)* zweites getilgtes *den(arios)* lesbar g) *post* bis *Rannenberg* von anderer Hand und Tinte hinzugefügt h) *cedent* Hs., *n* durch Durchstreichen getilgt i) mit Verweiszeichen und anderer Tinte übergeschrieben über durchgestrichener *VI* auf der Zeile k) *modo* bis *canonicus* von anderer Hand und Tinte hinzugefügt l) Rest der Zeile leer m) Tintenwechsel

vicarius huius ecclesie et plebanus in Sunneborn, qui legavit pro anniversario suo tres libras Hallensium, quas solvit Conradus Sickenhöuer de domo sua circa forum sita, quam inhabitat, contigua[a] domui dicti zu dem Vogelingesange.

f.35b Mai 14 : A. II idus (maii). Bachumii abbatis :
Hartwicus presbyter et canonicus dictus de Grunenberg obiit, qui ad comparandos redditus presentibus annum gratie contulit suis debitis persolutis.

f.36a' Mai 15 : B. Idus (maii). Ysidori martyris :
Hac[b] die obiit Iohannes Helmestich, in cuius anniversario dantur V solidi Hallensium, quos[c] dat Teodericus Templer de vinea sua an deme Rodinwasser.
Magister Albertus obiit, in cuius anniversario datur I maltrum siliginis, quod solvit vicarius vicarie, quam instauravit dominus Syboldus cantor hiius ecclesie in altari XI milium virginum.[b]

f.36a' Mai 16 : C. XVII kl.iunii. Peregrini e(piscopi) :
Wigandus dictus Rurmůnt obiit, in[d] cuius anniversario datur una libra Hallensium de domo inferiori[d] Theoderici rasoris[d] sita supra ripam, quam inhabitat .. dictus Schramme colorator, et unum maltrum siliginis, quod solvit Culmannus de Aschaffe et Gerdrudis uxor sua de[e] manso suo ibidem. Item unum[f] octale Frank(envordensis) mensure de bonis emptis[f] in Stedin; item

----------

a) verbessert aus contiguam durch Tilgung des m b) Hac bis virginum, dieser und der folgende Eintrag, auf Rasur, die noch weitere etwa 8 Zeilen umfasst c) quas Hs. d) Hand- und Tintenwechsel, in bis inferiori auf Rasur; nach inferiori Verweiszeichen auf Theoderici rasoris in der folgenden Zeile e) d ausgebessert f) unum bis virginis von anderer Hand und Tinte hinzugefügt, unum bis emptis auf Rasur

unum solidum denariorum de domo Heinrici dicti Zecke apud vivarium Iordani vicarii ecclesie nostre dandum in annunciacione beate Marie virginis; [a] istum solidum denariorum dat Iohannes Quidenbaum.[a]

f.35b/b' Mai 17 : D. XVI kl. (iunii) : -----

f.36b Mai 18 : E. XV[I] kl. (iunii) :

Erbo laicus obiit, pro [b] quo heredes sui contulerunt de bonis suis in Solzbach maltrum tritici, quod mutatum est in maltrum annone.

f.36b' Fridericus scriptor dictus de Clingen, vicarius istius ecclesie, obiit, qui viginti libras Hallensium ad comparandos redditus ad usus presencium ecclesie legavit, quarum [c] [d] decem libre Hallensium date sunt ad empcionem domuncule Iutte dicte Floscule site in foro, que fuit pro XL libris Hallensium comparata, cuius census quarta pars in anniversario dicti Friderici prius ministretur, videlicet VIII solidos Hallensium; [e] item quatuor libre Hallensium date sunt pro redditibus unius maltri siliginis, quod datur de decima in Huntheim apud Eber(hardum) de Rinderveld comparata.[e]

Anno domini M°.CCC°XXIX° obiit Iutta, mater Heinrici Swabh vicarii ecclesie nostre, que legavit [f] in anniversario suo inter presentes distribuendum; hic [g] dantur II maltra siliginis, que solvunt O. Weygoth et Heyricus Weygoth de Dames.[g]

------------

a) istum bis Quidenbaum von anderer Hand und Tinte hinzugefügt; istum auf Rasur nach getilgtem ist b) auf Rasur c) auf Rasur d) Tintenwechsel e) danach Verweiszeichen auf videlicet bis Hallensium, das nach comparata hinzugefügt f) danach mal(trum) silig(inis) durch Durchstreichen getilgt g) hic bis Dammes von anderer Hand und Tinte, über den Rand hinausreichend, hinzugefügt

f.37a' Mai 19 : F. XIIII kl.(iunii). Patenciane :

Anno domini millesimo CCC$^{o}$.XXVI$^{o}$ obiit Fridericus dictus Betzelin vicarius ecclesie Aschaffenburgensis, qui legavit presentibus redditus unius libre Hallensium, quam dat Vlricus Beyger de domo quondam[a] Craftonis piscatoris[b] sito in vico piscatorum.

Obiit Heynricus Granas, in cuius anniversario datur I libra Hallensium de tota possessione sua in Bysschouesheym.

f.37a Mai 2o : G. XIII kl. (iunii) :

Erkenboldus obiit, qui V solidos de curti cum pistrino ecclesie contulit annuatim. Theodericus[c] de alta domo obiit, qui de duabus domibus annuatim ecclesie XXII denarios contulit.

f.37a' Obiit Albertus de Wysentfelt plebanus in Sunneborn sub anno domini M$^{o}$ CCC XLVIII, qui legavit I libram Hallensium in anniversario suo distribuendum super IIII iugeribus vinearum, nunc autem agrorum, et pomerio in Nuͤweses, que modo habet Friczelinus Brun opidanus Aschaffenburgensis, que libra Hallensium cum sedecim libris Hallensium possunt redemi vel medietas census cum medietate pecunie suprascripte.

f.37b' Mai 21 : A. XII kl. (iunii) :

Anno domini M$^{o}$.CCC$^{o}$.XIX$^{o}$ obiit Heinricus plebanus in Bessinbach superiori, qui contulit ad presencias XVIII libras Hallensium ad comparandos redditus. Item contulit vineam suam in Godeboldesberg similiter ad presencias, pro qua date sunt VI libre Hallensium pro redditibus comparandis, et adhuc dantur duo maltra

----------

a) von anderer Hand und Tinte übergeschrieben b) ris ausgebessert c) davor Buchstabe getilgt

siliginis de[a] eadem annuatim, quousque in aliis certis et equevalentibus bonis demonstrentur; nota[b]: hic dat dominus Paphey tantum de vineis predictis VI summerina siliginis; modo[c] dominus Marsilius decanus.[c]

f.37b Mai 22 : B. XI kl. (iunii) :

Godefridus sacerdos obiit, qui curiam suam ecclesie contulit.

f.37b' Fridericus de Bienbach dyaconus et canonicus obiit, in cuius anniversario dantur[d] due marce Coloniensium denariorum;[d] [e] de communi.[e] Prepositus sancti Widonis Spirensis obiit, in cuius anniversario H. dictus Credelere maltrum tritici presentibus dari constituit de curia sua in Plumheim. Erinbertus sacerdos et vicarius obiit, qui amam vini communis de vinea sua in Phuzzendal presentibus contulit, quam[f] colit H. et Wignandus, filii Gerhardi[g] dicti Heimburge[f] de[h] Walstat; hic dantur VIII[i] solidi Hallensium, quos[k] modo dat[l] Heynricus[m] Wignandi.[h]

f.38a Mai 23 : C. X kl.(iunii) :

....[n]

f.38a' Anno domini M°CCC°XIX°, X° kln. iunii obiit Cunradus Hartmanni laycus, civis Aschaffenburgensis, qui contulit presentibus unum maltrum siliginis annis singulis persolvendum[o] de quatuor

----------

a) daneben am rechten Rand von anderer Hand und Tinte ~~Or~~ Iordanus b) Duktuswechsel c) modo bis decanus von anderer Hand und Tinte hinzugefügt d) dantur bis denariorum von anderer Hand und Tinte auf Rasur e) von anderer Hand und Tinte in Lücke f) quam bis Heimburge von anderer Hand und Tinte hinzugefügt g) Gerhardci mit Kürzungsstrich über ci h) de bis Wignandi von anderer Hand und Tinte hinzugefügt i) auf Rasur k) auf rechtem Rand, danach dat durch Rasur getilgt l) übergeschrieben m) übergeschrieben über durch Unterpunktieren getilgtem Lutza n) Eintrag von etwa 8 Zeilen durch Rasur getilgt o) ~~wiederholt~~ persolvendo lts.

iugeribus agrorum sitis an Bessinbecher strazen et VI iugeribus[a] agrorum sitis et consulcaneis domini de Wasen iuxta viam, que dicitur Golpecher weg, tendentibus[b] vff die Weyde ex altera parte, quod dat Ebirhardus filius[b] quondam Iohannis sculteti in Golpach.

f.38a' Mai 24 : D. VIIII kl. (iunii) :

Bertoldus de Maspach obiit, qui ecclesie nostre[c] III maltra siliginis deputavit de bonis suis[d] in Mospach[d] in anniversario suo danda,[e] que iam dat Cunradus de Omestad vicarius;[e] amplius quivis succentor huius ecclesie,[f] qui eciam vicariam succentorie huius ecclesie de novo instauravit.[g]

f.38b' Mai 25 : E. VIII kl. (iunii). Vrbani pape :

Anno domini M[o].CCC[o].XLVIII[o] Ludowicus de Mildenberg canonicus sacerdos, in cuius anniversario dantur IIII[or] libre Hallensium, quos solvit dominus .. Goswinus[h] de Mundin canonicus, donec LX libras Hallensium persolvat; solute[i] sunt.[i]

f.38b' Mai 26 : F. VII kl. (iunii). Bede presbyteri :

Anno domini M[o].CCC[o]XIIII[o] obiit Fridericus Mu[e]s de Durinheim, qui XX libras Hallensium contulit, quas solvet Her. de Frankinford canonicus et dedit X libras Hallensium, cum quibus empta est una libra Hallensium apud Mauchingerum in Heydebach super domo sua ibidem, quam faber inhabitat, cum suis pertinenciis et

------------

a) wiederholt b) Duktuswechsel; tendentibus bis filius auf Rasur c) danach due durch Durchstreichen getilgt, dafür III am Rand nachgetragen d) danach Verweiszeichen auf am Rand nachgetragenes in Mospach e) letztes a ausgebessert;folgendes que bis vicarius von anderer Hand und Tinte auf Rasur f) daneben am rechten Rand von Hand 18.Jh. Vicaria succentoris g) von anderer Hand und Tinte hinzugefügt h) urspr. nur .., dann Goswinus von anderer Hand und Tinte am Rand nachgetragen i) von gleicher anderer Hand und Tinte am Rand nachgetragen

bonis Craftonis sitis apud agrum dictum der Betteheke-
acher.

Item Heinricus[a] dictus Schonebroth[a] dat annuatim[b] XXX Hallenses de[b] pomerio sito vnden an dem Rycholf sive an dem Bessinbechere iuxta vineam, qua itur versus Affalderbach, ipse et sui heredes.

Item in der Gladebach de vinea Helfrici vicarii ỿ XVIII denarios.

Anno[c] domini 1358 obiit Conradus de Fridberch; vide antiquam parvam regulam pergameneam.[c]

Nota[d] : pro removendo dubio propter rasuram infra factam de I libra Hallensium fit mencio Afre, require in augusto, ubi datur de domo vicarie altaris sancti Andree, scilicet Brunonis.[d]

f.39a' Mai 27 : G. VI kl. (iunii) :

Syboldus de Wazerlos canonicus obiit, qui tria maltra tritici presentibus contulit annuatim, que solvuntur de bonis Wolzonis in Heipach, et[e] duo maldra siliginis et duo maldra avene, que solvit .. relicta .. dicti Knappe de Slirbach de bonis Cunradi de Niderinburg;[e] hic[f] datur tantum I maldrum cum I̶ summerino siliginis de redditibus in Slirbach, quia bona devastata fuerunt et sunt remissius locata.[f]

f.39a' Mai 28 : A. V kl.(iunii). Germani episcopi :

Obiit Heilmannus de Schafheym et Elizabet uxor eius legettima;[g]

-----------

a) Heinricus bis Schonebroth auf Rasur b) XXX bis de mit dunklerer Tinte auf breiter Rasur c) Anno bis pergameneam Eintrag 18.Jh. d) Nota bis Brunonis Nachtrag auf Rasur am unteren Rand von f.38b'; scilicet Brunonis am Rand nachgetragen; folgende 9 Zeilen durch Rasur getilgt e) et bis Niderinburg von anderer Hand und Tinte hinzugefügt f) hic bis locata von anderer Hand und Tinte hinzugefügt g) so Hs.

hic dantur IIII[or] solidi Hallensium de I iugere vinearum et pomerio sit(o) in der Dudilgrubin, quem colit Syzo de Aschaf, que eciam antea dat IIII[or] solidos Hallensium in anniversario patris eiusdem Heylmanni; item XV Hallenses Rudegerus de Dammis de IIII[or] iugeribus agrorum sitis in der Dudilgrubin.

f.39b' Mai 29 : B. IIII kl.(iunii). Maximini episcopi :

Magister Nycolaus phisicus de Frankinvord, huius ecclesie canonicus, obiit, qui tres marcas et annum gratie prebende sue redditibus presencium assignavit, in cuius anniversario dabit libram Hallensi[um] presentibus de bonis emptis apud dominum de Brunecke; de[a] communi.[a]

Hart(mannus) quondam plebanus in Obernburg, in cuius anniversario solvit dominus Paphey X[b] solidos Hallensium de domo sua posteriori in foro inter sellatores, quousque alibi demonstrabit.

Item VI talenta sepi, que[c] dat Heynricus filius Her. dicti Screcke de I iugere vinearum in der Ramespach iuxta vineam C. Byger vicarii ecclesie nostre. Quos[d] quidem X solidos Hallensium predictos solvet modo Heynricus fabri de curia sua claustrali, quondam domini Vlrici Pauey predicti.[d]

f.39b/b' Mai 30 : C. III kl.(iunii). Felicis pape : -----

f.40a Mai 31 : D. II kl.(iunii). Petronelle virginis :

Cunradus de Dipbur clericus obiit, qui V solidos et maltrum

-----------

a) von anderer Hand und Tinte hinzugefügt  b) davor lib(ram) H(allensium) durch Durchstreichen getilgt  c) Tintenwechsel; davor de durch Rasur getilgt  d) Quos bis predicti von anderer Hand und Tinte hinzugefügt

f.40b' Juni 1 : E. Kl.iunii. Nicomedis :

Heinricus Quidenboum obiit, qui IIII$^{or}$ uncias denariorum in Affolderbach et tres pullos ac II plaustratas palorum, item maltrum tritici, quod dabunt heredes Wamboldi de VI iugeribus agrorum apud Ostheim et unum iugerum[a] vineti siti apud Walestad presentibus contulit.

Fridericus laycus dictus Arenfleisz obiit, qui curiam suam in Kelberahe ad usus presencium ecclesie contulit, de qua dantur annuatim X[b] maldra siliginis, V[c] maldra avene[d] et V[e] solidos denariorum in nativitate beate virginis, de[f] quibus redditibus debetur hospitali apud pontem dimidia marca annuatim, cuius debentur II solidi Coloniensium vicario celebranti ibidem, IIII[g] solidi infirmis, IIII[h] et II anseres.[h]

Item Graslacus canonicus, in cuius anniversario dantur III maltra siliginis de decima in Bessinbach, donec dominus Oswaldus, eius frater, et filii fratrum suorum XXX libras Hallensium persolvant.

f.40b Juni 2 : F. IIII nonas (iunii). Marcellini et Petri :

Gozwinus laicus obiit, qui II agros ante nemus ecclesie contulit. Werinherus laicus obiit, qui medietatem domus sue ecclesie contulit.

----------

a) *iug* mit *er*-Haken, danach *er* durch Rasur getilgt  b) in breiter Lücke nachgetragen  c) von anderer Hand und Tinte auf breiter Rasur  d) *ne* übergeschrieben  e) in breiter Lücke nachgetragen  f) Tinten- und Duktuswechsel  g) davor *et* durch Durchstreichen getilgt  h) *IIII* auf Rasur, *IIII* bis *anseres* von anderer Hand und Tinte hinzugefügt

f.40b' Fridericus de Bobenhusen, noster pincerna, obiit, in cuius anniversario de decima in Goltbach sex maltra siliginis dantur presentibus; de isto frumento dantur S...[a] custodi IIII$^{or}$ denarii.[a]

f.41a/a' Juni 3 : G. III$^{o}$ nonas (iunii) : -----

f.41a Juni 4 : A. II nonas (iunii). Quirini episcopi : Kunegundis mater Heinrici camerarii obiit, que de curia eiusdem camerarii VI denarios ecclesie contulit.

f.41b Juni 5 : B. Nonas iunii. Bonifacii et sociorum eius : Gerdrudis femina obiit.

f.41b' Anno[b] domini M$^{o}$.CCCXX$^{o}$ obiit dominus Petrus archiepiscopus Moguntinus, qui legavit presentibus IIII$^{or}$ libras Hallensium, VI Hallenses et unum denarium, quorum censuum specificacio in littera super eo confecta continetur, quarum una[c] libra Hallensium datur in septimo ipsius, scilicet Barnabe.[d] Item I libra datur in XXX$^{o}$ suo, videlicet Vdalrici episcopi; residua pecunię scilicet XXX$^{a}$ sollidi Hallensium, VI Hallenses cum denario levi dantur hic in anniversario suo cum dimidia carrata vini Hunici; vinum est estimandum secundum temporis qualitatem; de quo vino solvit scultetus, qui pro tempore fuerit, de vino precarie I amam; item magister hospitalis in Aschaffenburg III$^{a}$ quartalia; item Luzzo Enzelo X quartalia vini de ipsorum[e] vineis in Walstad minori sitis.[b]

----------

a) Name unleserlich; S... bis denarii von anderer Hand und Tinte auf Rasur b) Anno bis sitis auf Rasur; sitis von anderer Hand und Tinte hinzugefügt; unter dem Eintrag von anderer Hand und Tinte nota bene c) ausgebessert d) daneben auf rechtem Rand von anderer Hand und Tinte .... Barnabe, getilgt e) übergeschrieben

f.41b Juni 6 : C. VIII idus (iunii) :

Heinricus villicus obiit, qui de duabus domibus in suburbio LVI denarios annuatim ecclesie contulit et duo iugera in Ramsbach. Cunradus de Stostad obiit, qui XX denarios annuatim in Affalderbach ecclesie contulit.

f.41b' Cunradus de Wiler obiit, qui in anniversario suo V solidos denariorum de domo Clemente presentibus contulit, de [a] domo Erponis et Carlstederonis in foro sitis infra prepositurام.[a]

Notandum [b] quod feria quinta quatuor temporum "Caritas dei" cantabitur missa de passione domini ex parte quondam domini Syboldi cantoris et dabitur cuilibet presenti panis prebendalis albus [c] de redditibus suis per ipsum comparatis in Carbin et in Steynuort.[d]

f.42a/a' Juni 7 : D. VII idus (iunii) : -----

f.42a Juni 8 : E. VI idus (iunii). Medardi confessoris :

Cunradus faber obiit, qui pro se et matre sua de domo sua in suburbio sita XX denarios annuatim ecclesie contulit. Fridericus de puteo obiit, qui agrum ante vineam Margarete situm ecclesie contulit.

f.42a' Hac die obiit Fridericus clericus, frater Bertoldi de Schoneborne, qui legavit presentibus unum maltrum tritici de consensu matris sue,[e] fratrum et sororum suarum de bonis suis sitis in

----------

a) de bis prepositurام von anderer Hand und Tinte hinzugefügt; danach Kreuz als Verweiszeichen auf den folgenden, auf f.41b stehenden Eintrag Notandum bis Steynuort b) davor ebenfalls Kreuz, vgl.Anm.a c) Duktuswechsel d) am unteren Rand von f.41b von anderer Hand und Tinte .... III libre, II Hallenses .... e) e aus i verbessert

inferiori Bessinbach, donec IIII$^{or}$ libre Hallensium ecclesie nostre ab heredibus suis persolvantur,[a] quos[b] tamen persolverunt, et cum ipsis IIII$^{or}$ libris emptum est unum maltrum siliginis apud .. dictum Dreysere et uxorem suam in Stostad super dimidio manso suo der Smiedenhobe et tercia parte mansi sui dicti Fissershobe; ad illam eciam empcionem provenerunt X solidos Hallensium de pecunia Hadewigis de Maspach, cuius anniversarium est superius, scilicet IX kal. aprilis, et immo de iamdicto maltro siliginis datur tunc dimidium Summerinum siliginis, et sic dantur hic III summerina cum dimidio siliginis.[b]

f.42b <u>Juni 9</u> : F. Idus (iunii). Primi et Feliciani martyrum : Marcolfus archiepiscopus Maguntinus obiit.

f.42b' Anno domini M°.CCCXI°, V° idus iunii obiit Hildegundis de Runtino beckina, que VI modios siliginis contulit presentibus annuatim, de quibus solvit Herbordus dictus Soder Brockon in [c]Ozinheim[c] I maltrum siliginis de tercia parte mansi, quem habet communem cum Hermanno Nullinkeimer et cum Wernhero piscatore, et de quarta parte mansi, quem habet communem cum C. Můnkelin, et de octava parte mansi apud pontem,[d] quem habet communem cum Wernhero predicto; heredes vero Luczonis[e] dicti Nullinkeimer de Ozinheim solvunt dimidium maltrum siliginis de vinea sua contigua vineis Gernodi dicti Brauhahe, continente tres quartas partes unius iugeri et de quarta parte mansi quondam patris sui.

----------

a) daneben auf rechtem Rand von anderer Hand und Tinte *solute sunt*, getilgt b) *quos* bis *siliginis* von anderer Hand und Tinte hinzugefügt c) übergeschrieben d) *p* auf Rasur e) auf Rasur

Anno domini M$^o$ CCC$^o$ XXIIII$^o$, V idus iunii obiit Iohannes Schelmo canonicus huius ecclesie, in cuius anniversario dantur[a] tria maltra siliginis, que solvet Wolframus de Dettingen de curia sua et de dimidio manso suo ibidem sito; item[b] dantur hic IIII$^{or}$ octalia siliginis de bonis in Seckebach, que dat Agnes dicta[c] Schultheyzen ibidem; item contulit ad panes presencionales X libras Hallensium, que[d] provenerunt ad empcionem reddituum[d] quatuor librarum Hallensium, quas quondam solvebat Arnoldus de Bruberg de vinea in monte Bysschouisberg sita, capiente V iugera, quarum II libre Hallensium sunt reempte cum XXV libris Hallensium; reliquas II libras Hallensium solvit modo filius Craftonis de Schellecreppe de eisdem vineis.

f.42b/b' <u>Juni 10</u> : G. IV idus (iunii). Fortunati episcopi : -----

f.43a <u>Juni 11</u> : A. III idus (iunii). Barnabe apostoli :

Gerhardus de Maspach miles obiit, qui in anniversario suo de bonis suis[e] in Ringenheim de consensu fratrum suorum I maltrum tritici dari ordinavit.

f.43a' Heinricus de Mimelingen sacerdos et canonicus obiit, qui vicariam perpetuam in ista ecclesia ordinavit; item reliquid ecclesie tantum in paratis denariis, suppellectilibus, libris et aliis clenodiis et anno gratie prebende sue, quod poterat se extendere ad ducentas libras Hallensium, cum quibus sex maldra siliginis de curia Cunradi de Gysenheim in Solzbach singulis

----------

a) Tinten- und Duktuswechsel b) Federwechsel c) übergeschrieben d) que bis reddituum mit dunklerer Tinte auf Rasur
e) danach de bonis suis wiederholt

annis danda et decima in Hundheim ad usus sunt presentium comparata; preterea X maldra siliginis, que debentur magistro Syfrido de Geylenhusen, nostro concanonico, de predicta decima annuatim et[a] II[o] maldra avene;[a] proventus isti debent tripartiri et de duabus partibus duo festa, scilicet beate Katherine et sancti Nycolai, que predictus H. instituit, in albo pane, bono staupo et presencia expediri; tercia vero pars hac die presentibus debet dari.

Preterea decanus et capitulum statuerunt, quod .. custos, qui pro tempore fuerit, pro istis V solidis denariorum, quos ipse dominis nostris de Ruprethishusen annis singulis ministravit, de cetero debet predictis duobus festis, scilicet Katherine et Nycolai, in luminibus cereis[b] et lampadibus providere.

Hic datur eciam libra Hallensium de septimo P. archiepiscopi Moguntini de bonis suis in anniversario suo signatis, quod[c] est non. iunii, prout in littera continetur.[c]

f.43a/a' Juni 12 : B. II idus (iunii). Basilidis, Cy(rini) et N(azarii): -----

f.43b Juni 13 : C. Idus (iunii). Felicule virginis et martyris : Cunradus scolaris de Erlebach obiit, pro quo pater eius et mater contulerunt ecclesie duos agros sitos apud Halzmulen.

f.43b' Theodericus de Wilere obiit, qui bona sua in Hostebach sita iuxta

----------

a) et bis avene am rechten Rand mit Verweiszeichen nachgetragen

b) mit hellerer Tinte auf Rasur c) quod bis continetur mit anderer Tinte hinzugefügt

curiam Strubonis cum suis pertinenciis de consensu fratrum suorum presentibus contulit, que solvunt X uncias Hallensium, quarum V dantur in nativitate beate virginis et[a] alie V dantur Martini,[a] cum uno ansere et duobus pullis estivalibus[b] et I p(ullo)[b] carnispriviali); hos redditus solvit Iohannes Wammessir et sui heredes.[b] Machtildis filia Giseltrudis obiit, pro qua collati sunt presentibus II solidi denariorum dandi in die[c] Martini, quorum X solvit Arnoldus Strubo; item H. dictus de Heida sex; item Gerhardus de Sunneburne VI denarios. Eberhardus Viol laicus obiit, qui VII et dimidiam libras Hallensium presentibus contulit pro reditibus comparandis; in cuius anniversario habetur presencia de bonis in Brunecke, scilicet X solidos Hallensium, videlicet[d] de[d] communi.

f.43b/b' Juni 14 : D. XVIII kl. (iulii). Rufi martyris : -----

f.44a Juni 15 : E. XVII kl. (iulii). Viti et Modesti :

Ceizolfus cellerarius et presbyter obiit.

f.44a' Anno domini M°.CC°C.XX°II[e] hac die obiit Bertholdus de Frankenford camerarius et canonicus istius ecclesie, qui legavit presentibus annum gracie sue; insuper legavit XII[f] libras Hallensium de curia sua, quam inhabitabat, sita[g] apud curiam dictam Leulenberg, pro quibus XII libris Hallensium dabit dominus Theodericus canonicus de Wylere duo maldra siliginis annuatim de curia sua sita

-----------

a) et bis Martini von anderer Hand und Tinte übergeschrieben

b) estivalibus bis p(ullo) auf Rasur; I bis heredes von gleicher anderer Hand und Tinte wie Anm.a am Rand nachgetragen

c) ie ausgebessert d) videlicet bis communi von anderer Hand und Tinte hinzugefügt e) vor erster X eine X durch Rasur getilgt f) auf Rasur g) sitam Hs.

in Horsten, quam iam possidet dictus Osink colonus dominorum nostrorum, donec ipse predictus dominus persolvat ecclesie XII libras Hallensium; solute[a)] sunt[a)]; pro[b)] quibus datur modo VI summerina cum I summerino siliginis, de quibus Wikerus gener der Swennin in Frideberg solvit V summerina et Fridericus dictus Hůne sacerdos II summerina siliginis.[b)]

f.44a Juni 16 : F. XVI kl.(iulii). Aurei et Iustine :
Wolframus cocinus obiit, qui II iugera agrorum sita in Plumheim ecclesie contulit, de quibus Ludewicus ibidem dat annuatim dimidium maltrum tritici.

f.44a' Irmingardis relicta quondam Wortwini[c)] Sezepant obiit anno domini M°.CCCXIII° ista die, que contulit presentibus unum maltrum siliginis dandum de omnibus bonis suis et pro IIII^or libris Hallensium redimendum.[d)]

f.44b/b' Juni 17 : G. XV kl.(iulii) : -----

f.44b Juni 18 : A. XIIII kl.(iulii). Marci et Marcelliani :
Anno[e)] domini M°.CCC°.VII° obiit Conradus Viol, decanus huius ecclesie, in cuius anniversario datur I libra Hallensium de communi. Item idem contulit II maltra siliginis pro officio "De corpore Christi" festive et sollempniter peragendo,[f)] que dantur presentibus in matutinis et in missa, que dat Dytherus Spyes de Heydeb(ach) de bonis suis ibidem sitis. Item idem contulit II

----------

a) von anderer Hand und Tinte am Rand nachgetragen b) pro bis siliginis von gleicher anderer Hand und Tinte wie Anm.a hinzugefügt c) ini teilweise auf Rasur d) Rest der Zeile von 6 cm durch Rasur getilgt; darunter von Hand 15.Jh. vide supra X kln. maii; am rechten Rand von anderer Hand und Tinte solutum
e) die ersten 1o Zeilen auf Rasur; am linken Rand von anderer Hand und Tinte de communi f) o aus a verbessert

libras Hallensium reddituum, quarum I libram solvunt fratres Theutonici de bonis suis in Rolebach sitis; reliqua libra Hallensium datur de bonis quondam Schettonis de Heydebach. Item ad idem festum contulit Mechtildis Schelleweckern II maltra tritici, que solvit Conradus Dribinfurter de bonis suis in Ostheym sitis. Item eadem[a] contulit I maltrum siliginis, quod solvit colonus Conradi de Lapide de manso[b] suo in Lyder. Item hic dantur VII solidi Hallensium, quos dat Petrus filius Teoderici de Berne[c] de orto et vinea in Boneta sitis iuxta fossatum. Item Heinricus fabri, canonicus huius ecclesie, instituit[d] presentibus ad idem festum cum processione ad parrochiam[e] sancte Marie et sancte Agathe cum Corpore Christi eundo et revertendo ad ecclesiam et sollempnius peragendum, in qua processione exeunde chorum cantentur responsoria "De hystoria Corporis Christi" usque ad cimiterium parrochie[f] sancte Marie virginis; cantetur sequencia "De domina nostra verbum bonum" intrando ecclesiam ibidem finita sequencia; decanus portans Corpus Christi dicat versus "In omni tribulatione et angustia nostra", choro respondente; prosequatur oracio "Sancta Maria piissima virgo
f.44b' et mater etc."; exeunte ecclesia[g] iterato cantentur responsoria de historia memorata usque ad castrum, ubi cantetur responsorium "De beato Nicolao summe dei presul"; finito isto cantetur responsorium de sancto Iohanne ewangelista, scilicet "Vox tenitrui"; ~~pro~~ quo finito cantetur antiphona "Media vita" usque ad ecclesiam sancte Agathe,[h] ubi cantetur de beata Agatha responsorium "Regnum

-----------

a) übergeschrieben b) davor l durch Rasur getilgt c) ne ausgebessert d) von anderer Hand und Tinte auf Rasur e) porrochiam f) porrochie g) darunter Verweis a, auf f.44b' die Fortsetzung am linken Rand mit b gekennzeichnet h) danach su durch Durchstreichen getilgt

mundi" et imponatur[a] stando in ecclesia antiphona "Salvator mundi etc."; finita eadem decanus vel alter portans Corpus Christi dicat versum "Exultabunt sancti in gloria"; sequitur oracio "A cunctis nos quos do etc." incluso nomine beate Agathe; exeundo ibidem cantetur responsorium de sancta trinitate, scilicet "Summe trinitati etc."; finito illo cantetur antiphona "Voce cordis et oris" de sancta Katharina et, si necesse fuerit, in reditu cantetur antiphona "Alma redemptrix de beata virgine"; intrando chorum cantetur antiphona "Symon Bar(nabas) etc."; ultimo cantetur antiphona "O sacrum convivium etc." Ad quam quidem processionem et festum idem Heynricus contulit LX libras Hallensium, quas recepit dominus Iohannes de Eymbecke, de quibus solvit annuatim Martini IIII[or] libras Hallensium de omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus tam diu, quousque dictos redditus reemat cum LX[a] libris Hallensium, cum quibus tunc alii redditus comparentur ad distribucionem vini et panis, de quibus redditibus prescriptis et subsequentibus datur cuilibet presenti in processione unus staupus boni vini et unus panis albus magnus prebendalis et portanti Corpus Christi datur duplum et cantori similiter duplum; item duobus magistris civium cum aliis consuetis re-
f.45a gentibus processionem cum baculo et vi [b] datur cuilibet I staupus vini, item pincerne et pistori dominorum[c] cuilibet I staupus. Item ad eandem processionem et festum Iohannis Iohannis frater Heynrici fabri predicti legavit redditus unius libre Hallensium, quam solvit de tribus iugeribus vinearum in Walstad maiori sitis in monte Leymdail, quousque persolvat ipse et sui heredes XVI libras Hallensium, cum quibus alii redditus comparentur. Item[d] ad

------------

a) a ausgebessert b) auf rechtem Rand Verweis a, der auf f.45a links zum 2o.Juni wiederholt wird c) auf breiter Rasur

d) davor auf linkem Rand Verweis d; Item bis ianuarii auf Rasur

dictam processionem [a] et ad festum Gertrudis mater fratrum predictorum legavit V solidos Hallensium et IX Hallenses pro remedio anime sue et Conradi legitimi [b] sui et omnium parentum suorum, prout in anniversario eius est notatum, quod est IIII[o] kl. ianuarii.[d] Item ad eandem processionem [a] et festum Conradus Bygeri vicarius contulit I libram Hallensium, quam solvit Iutta Struszebertern et eius heredes de IIII[or] iugeribus vinearum in una pecia sitis an der Důdilgrůbin. Item manufideles domini Iordani vicarii deputarunt ad eandem processionem et festum redditus I libre Hallensium ex parte sui et parentum suorum, quam solvit Heynricus faber predictus [c] de II iugeribus vinearum vel paulo minus sitis in Walstad maiori in den Halegartin, dictis der Wůlhabir, et de I iugere vineti in Nydernburg, [d] sito vff deme Rosinberge, ad [e] tempora vite sue et possunt per ipsum locari [e] preciosius uni persone in capitulo vel vicario, ita quod census dicti maneant et pertineant ad processionem et festum memorat(um), et quidquid supererit ultra distribucionem panis et vini, inter presentes equaliter dividetur.

f.45a' Juni 19 : B. XIII kl. (iulii). Geruasii et Prothasii : Cunradus sacerdos, rector ecclesie in Affalderbach obiit, qui VIII [f] solidos denariorum de domo quondam [g] magistri Hugonis, modo Conradi Rygeri vicarii, [g] sita iuxta pistrinum et unum

----------

a) zu ergänzen b) legtimi, über g ein t übergeschrieben c) darüber unleserliches Wort übergeschrieben d) N ausgebessert e) ad bis locari auf Rasur f) mit dunklerer Tinte auf Rasur g) quondam bis vicarii von anderer Hand und Tinte mit Verweiszeichen auf rechtem Rand nachgetragen

solidum denariorum de bonis in Affalderbach sitis iuxta ecclesiam presentibus contulit annuatim et [a] pullum carnisprivialem.[a]

f.45a Juni 2o : C. XII kl.(iulii):

Adelheidis obiit, que V solidos in Ebersbuch ecclesie contulit annuatim.

f.45a' Hermannus de Geylinhusen obiit anno domini M.CCCIIII$^{to}$ ista die, qui annum gracie et XX libras Hallensium redditibus presencium assignavit, de [b] cuius anno gracie comparata est una libra denariorum, quam solvit Fridericus de Laufahe et Hadewigis coniux sua de domibus et orthis et areis suis sitis apud puteum parrochie beate virginis, que quondam fuerunt Bertoldi Sueui; in die Martini solvitur iste census.[b]

Agnes mater Petri dicti Kolbendensil obiit,[c] pro qua idem P. dari constituit quinque octalia siliginis de manso in Carben, quem ad usus presenciarum deputavit, prout in anniversario ipsius P. plenius est expressum, [d] quod est VI$^{o}$ kl. februarii.[d]

f.45b/b' Juni 21 : D. XI kl. (iulii). Albani martyris : -----

f.45b Juni 22 : E. X kl. (iulii). X milium martyrum :

Dominus Wymmarus Wymmari vicarius constituit hic dari presentibus in matutinis et missa panem album prebendalem et stopum vini de III summerinis tritici, IIII maltris siliginis et II maltris avene cedentibus in Mummelingen et XI

----------

a) et bis carnisprivialem von anderer Hand und Tinte hinzugefügt b) de bis census von anderer Hand und Tinte hinzugefügt c) übergeschrieben d) quod bis februarii von anderer Hand und Tinte hinzugefügt

solidos Hallensium in Obernburg de [a] bonis [a] emptis apud Herdanum de Alpach armigerum, ut in litteris desuper confectis continetur; actum anno domini MCCCLXXXV, [b] XX die mensis decembris. [b] Si quid residuum fuerit in pecuniis, distribuetur, ita ut festum peragatur dominicaliter et in primis vesperis responsorium "Isti sunt sancti" decantetur. Residua medietas dictorum bonorum emptorum equaliter [c] deputata est ad "Regina celi" per dominum Hermannum de Acie canonicum, exceptis XI solidis Hallensium annue pensionis, que in anniversario Hartmanni de Spigilberg canonici, [d] avunculi dicti domini Hermanni manufidelis, [d] distribuuntur, quod est IIII kl. martii, pro V florenis restantibus de anno gratie sue deputatis.

f.46a Juni 23 : F. IX kl. (iulii). Vigilia :
Albertus episcopus obiit. Embricho prepositus obiit. Arnoldus archiepiscopus obiit, qui predium in Bessenbach et vineam in Ramsbach et molendinum in Ozzenheim et molendinum iuxta Aschaphe et domum in foro ecclesie contulit.

f.46a' Manegoldus de Cespite miles obiit, qui aream super ripam Welzebach, de qua dantur III solidi denariorum et pullus in carniprivio, presentibus contulit et XVII libras Hallensium pro redditibus comparandis. In cuius anniversario datur etiam I libra Hallensium presentibus de bonis comparatis a dominis de Amorbach; [e] datur de communi. [e]

------------

a) mit Verweis am linken Rand von anderer Hand und Tinte hinzugefügt  b) XX bis decembris mit Verweis am linken Rand von gleicher anderer Hand und Tinte hinzugefügt  c) mit Verweis am Rand nachgetragen  d) avunculi bis manufidelis mit Verweis am Rand hinzugefügt; manufidele(m) Hs.  e) datur bis communi von anderer Hand und Tinte hinzugefügt; am rechten Rand von anderer Hand und Tinte de communi

Lugardis femina obiit, pro qua Hadewigis filia sua unum maltrum siliginis ecclesie contulit dandum presentibus annuatim de domo sua apud cappellam sancti Martini.[a] Gysa soror eiusdem Hadewigis obiit, pro qua[b] iterum contulit presentibus[b] maltrum siliginis de eadem curia[c] dandum; modo domnus Iohannes de Eynbecke de eadem curia solvit.[c]

f.46a/a' Juni 24 : G. VIII kl.(iulii). Nativitas sancti Iohannis baptiste : -----

f.46b/b' Juni 25 : A. VII kl.(iulii) : -----

f.46b' Juni 26 : B. VI kl.(iulii) :

Anno domini M°.CCC°.XXX° obiit Henricus de Steckelnberg canonicus huius ecclesie, in cuius anniversario dantur I maltrum siliginis, I maltrum avene et V solidi Hallensium et pullus carnis-[d]privialis[d] de bonis sitis in[e] Affalderbach, que possidet Hermannus dictus Bessinbechere;[f] modo Cůnradus dictus Sneger iunior;[f] [g]modo Fridericus de Bessinbach armiger.[g]

Item de curia et bonis in Sunneburne sitis prope curiam plebani ibidem tria maltra siliginis mensure Geilnhusensis Asch(affenburg) presentanda, que quondam fuerunt dominorum domus in Růdenkeim ordinis sancti Iohannis, in anniversario predicto danda.[h] Insuper legavit de eadem curia duo maltra siliginis et duo maltra avene eiusdem mensure ad panes presencionales convertenda.

-------------

a) Rest der Zeile durch Rasur getilgt b) qua bis presentibus von anderer Hand und Tinte auf Rasur c) curia bis solvit von gleicher anderer Hand und Tinte auf Rasur, dandum nachgezogen d) pullum carn(isprivialem) Hs. e) Tintenwechsel f) modo bis iunior mit anderer Tinte hinzugefügt g) modo bis armiger mit anderer Hand und Tinte hinzugefügt h) von anderer Hand und Tinte auf Rasur

f.47a/a' Juni 27 : C. V kl.(iulii). Iohannis et Pauli : -----

f.47a Juni 28 : D. IIII kl.(iulii). Vigilia :

Elyzabetha femina obiit, que calicem et pistrinum ecclesie contulit.

f.47a' Albertus plebanus in Ozzinheym, in cuius anniversario dantur [a] VI solidi Hallensium [a] de vinea domini Vlrici Paphey [b] amme Salchenburne.

Obiit Syboldus vicarius huius ecclesie anno domini M.CCCXLV, in cuius anniversario dantur XV solidi Hallensium, quos solvit domnus Gothfridus Calsmunt de horreo et orto iuxta curiam domini Geylingi militis aput sanctam Agatham sitis; modo [c] Ebirhardus de Vachinbach vicedominus Aschaffenburgensis. [c]

f.47b' Juni 29 : E. III kl.(iulii). Petri et Pauli apostolorum :

Nota [d] : dominus Heylmannus Swaph scolasticus ecclesie Aschaffenburgensis instituit sub anno domini M.CCC.XLIIII presentibus dare in processionibus festi beatorum apostolorum Petri et Pauli, scilicet in primis vesperis intrando et exeundo; item in matutinis intrando et exeundo, item in processione ante missam circuendo cimiterium intrando et exeundo; item in secundis vesperis intrando et exeundo chorum ad commemoracionem presentibus contulit perpetuos redditus V maltrorum tritici, V [e] maltrorum siliginis et [f] I maltri avene [f] cum pullo estivali, .... [g] aucis, .... [h] et p(ullo) c(arnis)p(riviali), (.... [i]) quos redditus solvit colonus dominorum

------------

a) VI bis Hallensium von anderer Hand und Tinte in Lücke eingefügt b) zweites p ausgebessert c) modo bis Aschaffenburgensis mit Verweis von anderer Hand und Tinte am Rand nachgetragen d) darüber nota wiederholt e) V aus VI durch Rasur verbessert f) et bis avene durchgestrichen g) Lücke von 2 cm h) Lücke von 1,5 cm i) Lücke von 4 cm

nostrorum in Huttingin de curia[a] sua et suis pertinenciis ibidem; qui redditus distribuentur in dictis processionibus, et quicumque absens fuerit in una processione[b] earumdem[c] vel in pluribus eundo in chorum et exeundo ad commemoracionem, illuc negliget.[d]

f.47b' Juni 30 : F. II kl.(iulii). Commemoracio sancti Pauli : Anno domini M°.CCC°XXVIII° obiit Fridericus de Maspach forestarius, qui legavit presentibus unum maltrum tritici de bonis suis in Maspach dandum, quousque ab heredibus suis VIII libre Hallensium persolvantur; solute[e] sunt.[e]

-------------

a) davor sua durchgestrichen b) danach nicht getilgtes C mit Kürzungsstrich c) a aus o verbessert d) Rest der Zeile und zwei weitere durch Rasur getilgt e) mit dunklerer Tinte hinzugefügt; folgende f.48a unbeschrieben

f.48b Juli 1 : G. Kl.Iulii. Octava sancti Iohannis : Ruzelinus decanus obiit.

f.48b' Wolframus de Hostebach obiit, qui I solidum denariorum et pullum Martini, que dabit Rodere, presentibus contulit annuatim. Rudolfus Clebiz clericus obiit, pro quo pater et mater ipsius communicata manu de consensu fratrum suorum V solidos denariorum de curia sua in maiori Omestad presentibus contulerunt.[a)] Cunradus sacerdos dictus Cize obiit, qui XLIII denarios et obolum et pullum in carniprivio, que dantur de domo Giselberti pistoris, presentibus contulit.[b)]

Hic datur presencie,[c)] videlicet V libre Hallensium, de parrochia sancte Marie in Aschaffenburg ex parte Symonis episcopi Wormaciensis de matutinis et de missa. Item Gerlacus de Buchen canonicus legavit IIII octalia siliginis danda in eadem die, videlicet de matutinis et de missa, de bonis suis in Rycholfsheym.

Obiit Elizabeth Swebin, in cuius anniversario dantur II maltra siliginis de III[bus] quartalibus mansi in Ozzinheym sitis, qui fuit Reynhardi Reuczemans,[d)] quem possidet Rudolfus dictus Hascharth et Alheydis dicta Smidin, et parte[e)] XII mansi forrestalis.[f)]

Anno domini M°.CCC°.XLV° obiit Ebirhardus de Ecka canonicus huius ecclesie, in cuius anniversario dantur VIII° maltra siliginis, quorum III maltra siliginis solvit Conradus dictus Densil

----------

a) danach Wort durch Rasur getilgt b) danach Hic dat durch Rasur getilgt c) presencia Hs. d) eu übergeschrieben über verbessertem au e) übergeschrieben f) danach Zeile durch Rasur getilgt

in Memmilriz de curia sua ibidem et pullum, p(ullum) c(arnisprivialem) cum optimali, quociens evenerit, in usus presenciarum convertendum; item II maltra siliginis Heynzo Zehe in Dammis de agris; item I maltrum siliginis Gernodus Zehe ibidem de agris; item II maltra siliginis Conradus Gyszener de agris in Lydere; item I maltrum siliginis Conradus Cleubir de agris ibidem sitis; item I maltrum siliginis Petrus Kelder de bonis suis in Indagine sitis.

f.48b/b'' Juli 2 : A. VI nonas (iulii). Processi et Martiniani :

-----

f.49a'' Juli 3 : B. V nonas (iulii). Translacio Thome apostoli : Anno domini M.CCCXXXIII° obiit[a] dominus Ludewicus comes[b] de Renecke[b] dictus de Rodinvels, in cuius anniversario distribuitur decima in Richenbach et in Affaldirbach; quisquis[c] illo anno solvit in siligine, avena et aliis proventibus universis, ut[d] sonat littera desuper scripta, cuius copia est in libro pergameni sub numero CXII registrata.[d]

f.49a' Juli 4 : C. IIII nonas (iulii). Vdelrici episcopi : Anno domini M°.CC°C°XIX obiit Heilmannus dictus Quidenbaum, qui legavit XXIIII^or solidos Hallensium.
Item legavit ad usus presenciarum centum libras Hallensium in recompensam vicarie per ipsum in ecclesia Aschaffenburgensi institute,[e] quarum Ar(noldus) Ruschebusch habet XVIII libras Hallensium, et reliquas octoginta duas libras domini

----------

a) danach Buchstabe durch Rasur getilgt b) de Renecke comes durch Verweiszeichen umgestellt c) Tintenwechsel
d) ut bis registrata von anderer Hand und Tinte hinzugefügt
e) daneben Verweiszeichen auf letzten Eintrag auf dieser Spalte Qui bis Moguntini, vgl.S.113 Anm. a

nostri ad dictas presencias expedient vel presencionarius pro ipsis de bonis eorum.

Quorum quidem XXIIII or [a] solidorum dat .. Heylmannus dictus Kitzelbuch X sollidos Hallensium de duobus iugeribus vinearum sitarum in Spurberg, quos modo solvit ...,[b] et est una pars pomerii. Item Conradus dictus Kytzelbuch II[c] sollidos Hallensium de domo sua iuxta parrochiam sancte Marie; modo[d] Iohannes Engilbolt.[d] Item antiqua pistrix VI sollidos Hallensium de torculari et area retro Hildebrandum pistorem. Item quidam de Steynbach, filius dicti Engel, VI sollidos Hallensium de duobus iugeribus vinearum sitarum vf den Roedern supra vineas quondam Heylmanni prenotati.

Qui[e] Heylmannus perpetuam vicariam in ista[f] ecclesia instauravit in altari beati Nycolai. Hic datur eciam libra Hallensium de tricesimo P. archiepiscopi Moguntini.[e]

f.49b Juli 5 : D. III nonas (iulii) :

Cunradus Rebehowere obiit, qui iugerum ecclesie contulit. Adelheidis de Bessenbach obiit, que in minori Hostebach maltrum tritici ecclesie contulit annuatim.

f.49b' Obiit Irmegardis de Walstad minori, que contulit presentibus I maltrum siliginis et V solidos Hallensium peragendum in anniversario ipsius et parentum, videlicet Gerardi patris et Gude matris, quod maltrum siliginis dat amministrator et pecuniam solvit

----------

a) IIII ausgebessert b) Lücke von 3 cm c) aus III durch Rasur der ersten I verbessert d) modo bis Engilbolt am Rand von anderer Hand und Tinte hinzugefügt e) Qui bis Moguntini mit Verweiszeichen vor vicariam auf Eintrag auf S.112 Anm.e

Martini Gozzo dictus Schafheymer de Walstad minori de I iugere vineti sito in den Halgartin apud Fridericum dictum Schaden in Walstad maiori.

f.49b' Juli 6 : E. II nonas (iulii). Octava apostolorum : Gerhardus de Laufa obiit, qui I maltrum[a)] siliginis presentibus contulit annuatim, quod tam diu Fridericus frater suus solvet, donec quatuor libras Hallensium ecclesie nostre solvat.[b)]

→ Heredes[c)] Friderici de Laufahe dederunt quatuor libras Hallensium, quas recepit dominus Arnoldus dictus Ruschebuchs, pro quibus deputavit ad idem anniversarium census VII solidorum Hallensium, quorum III solidos Hallensium dat[d)] de domo Heylmanni Ortolfi in arena sita. Item reliquos XVIII Hallenses dat Heylo dictus Wesche de domo et orto sitis iuxta ripam Welzebach in arena.[c)]

Hic[e)] datur presencie[f)] ex parte Gerlaci de Buchen canonici, videlicet IIII octalia siliginis de bonis suis in Rycholfsheym, de matutinis et de missa.[e)]

f.50a' Juli 7 : F. None (iulii). Willibaldi episcopi : Anno[g)] domini M.CCCXIII obiit Cunradus[g)] de Boppenhusen dyaconus, qui[h)] contulit ecclesie maldrum siliginis et X denarios annuatim, quos iam dat Fridericus dictus Rennewolf et Selindis uxor eius legittima de manso ipsorum sito in Soltzbach et curia ibidem.[h)]

------------

a) m(a)l(trum), l mit Kürzungshaken nachträglich hinzugefügt

